

ELEGÍA VII



ELEGIA VII

Hunc cecinere diem Parcae fatalia nentes
stamina, non ulli dissoluenda deo:
hunc fore, Aquitanas posset qui fundere gentes,
quem tremere fortis milite victus Atax.
Evenere: novos pubes Romana triumphos
vidit et evinctos bracchia capta duces:
at te victrices lauros, Mesalla, gerentem
portabat niveis currus eburnus equis.
Non sine me est tibi partus honos: Tarbella Pyrene
testis et Oceani litora Santonici,
testis Arar Rhodanusque celer magnusque Garunna,
Carnutis et flavi caerula lympha Liger.



ELEGÍA VII

Este día las Parcas predijeron
Hilando sus estambres y anunciaron
Que él de Aquitania el vencedor sería,
Terror sus huestes del Atax lejano.
Y sucedió; la juventud romana
Nuevos triunfos ya vió; ya encadenados
Miró pasar á los vencidos jefes
Y, á ti, ciñendo victoriosos lauros,
De pie, Mesala, sobre el carro eburneo
Por tus niveos corceles arrastrado.
Tu gloria compartí; fueron testigos
Las playas del Santónico Oceano,
Tarves, el Loira azul, el gran Garona,
El Ródano ligero y el Araro.

An te, Cydne, canam, tacitis qui leniter undis
 caeruleus placidis per vada serpis aquis,
 quantus et aetherio contingens vertice nubes
 frigidus intonsos Taurus alat Cilicas?
 Quid referam, ut volitet crebas intacta per urbes
 alba Palaestino sancta columna Syro,
 utque maris vastum prospectet turribus aequor
 prima ratem ventis credere docta Tyros,
 qualis et, arentes cum findit Sirius agros,
 fertilis aestiva Nilus abundet aqua?
 Nile pater, quanam possim te dicere causa
 aut quibus in terris occuluisse caput?
 Te propter nullos tellus tua postulat imbres,
 arida nec Pluvio supplicat herba Iovi.
 Te canit atque suum pubes miratur Osirim
 barbara, Memphiten plangere docta bovem.
 Primus aratra manu sollerti fecit Osiris
 et teneram ferro sollicitavit humum,
 primus inexpertae commisit semina terrae
 pomaque non notis legit ab arboribus,
 hic docuit teneram palis adiungere vitem,
 hic viridem dura caedere falce comam:
 illi iucundos primum matura saporis
 expressa incultis uva dedit pedibus.
 Illi liquor docuit voces inflectere cantu,
 movit et ad certos nescia membra modos:

¿Y al Cidno cantaré, de ondas calladas,
 Que arrastra su agua azul por los pantanos;
 Al que toca las nubes, Tauro frío,
 Que alimenta al intonso Ciliciano;
 Á la blanca paloma, que de Siria
 Va, intacta, la comarca atravesando;
 Á Tiro, que ve el mar desde sus torres,
 Y dió naves primero al viento alado;
 Y al Nilo fértil que al Egipto inunda
 Cuando abre Sirio los sedientos campos?
 ¿Por qué y dónde tus fuentes ocultaste,
 Padre Nilo, podré decir acaso?
 Por ti es la lluvia inútil á tu tierra,
 Nunca á Jove las yerbas la imploraron.
 Los Egipcios, que lloran al buey Apis,
 Como á Osiris venérante; del carro
 Fué el inventor Osiris; de la tierra
 Él abrió con el hierro el seno blando;
 En el suelo no usado fué el primero
 Que arrojó las semillas, y del árbol
 Desconocido recogió los frutos;
 Él al hombre enseñara, sobre palos
 Á apoyar la vid tierna, y á podarle
 La verde cabellera de sus pámpanos;
 Él fué quien á las uvas, con pie inculto
 Exprimidas, les diera sabor grato,
 Y su licor quien enseñó á los hombres
 La danza muelle y la inflexión del canto;

Bacchus et agricolae magno confecta labore
 pectora tristitiae dissoluenda dedit:
 Bacchus et adflictis requiem mortalibus adfert,
 crura licet dura compede pulsa sonent.
 Non tibi sunt tristes curae nec luctus, Osiri,
 sed chorus et cantus et levis aptus amor,
 sed varii flores et frons redimita corymbis,
 fusa sed ad teneros lutea palla pedes
 et Tyriae vestes et dulcis tibia cantu
 et levis occultis conscia cista sacris.
 Huc ades et Genium ludis Geniumque choreis
 concelebra et multo tempora funde mero;
 illius et nitido stillent unguenta capillo,
 et capite et collo mollia sarta gerat.
 Sic venias hodiernae: tibi dem turis honores,
 liba et Mopsopio dulcia melle feram.
 At tibi succrescat proles, quae facta parentis
 augeat et circa stet veneranda senem.
 Nec taceat monumenta viae, quem Tuscula tellus
 candidaque antiquo detinet Alba Lare.
 Namque opibus congesta tuis hic glareas dura
 sternitur, hic apta iungitur arte silex.
 Te canit agricola, magna cum venerit urbe
 serus, inoffensum rettuleritque pedem.
 At tu, natalis multos celebrande per annos,
 candidior semper candidiorque veni.

Y el vino fué quien la tristeza un día
 Disipó al labrador, de arar cansado;
 Y el vino fué quien el descanso diera,
 Aun sujeto con grillos, al esclavo.
 No ama Osiris el luto y la tristeza,
 Sino amor, canto y danzas; tirios mantos,
 Guirnaldas de uvas y de flores varias,
 Traje amarillo hasta los pies flotando,
 La canasta que oculta sus misterios,
 Y de las flautas el sonoro canto.
 El Genio á celebrar ven de Mesala
 Con juegos, danzas y licor preciado.
 Lleve él guirnaldas en su cuello y sienes,
 Destilen sus cabellos rico nardo,
 Que he de ofrecer en su loor incienso,
 Pan con mieles Mopsopias preparado.
 Que nueva prole á tu alrededor se agrupe,
 Tus proezas, Mesala, acrecentando;
 Que no callen las vías de Alba blanca,
 Que te honren las del suelo Tusculano,
 Que allí se hizo el camino á tus expensas
 Y el sílex fué con arte trabajado.
 Que el labrador que con los pies ilesos
 Vuelve de la Ciudad, te eleve un canto;
 Que cada vez más bello y con más lustre
 Tu natal se celebre muchos años.



ELEGÍA VIII



ELEGIA VIII

Non ego celari possum, quid nutus amantis
quidve ferant mihi lenia verba sono.
Nec mihi sunt sortes nec conscia fibra deorum,
praecinit eventus nec mihi cantus avis:
ipsa Venus magico religatum brachia nodo
perdocuit multis non sine verberibus.
Desine dissimulare: deus crudelius urit,
quos videt invitos succubuisse sibi.
Quid tibi nunc molles prodest coluisse capillos
saepeque mutatas disposuisse comas,
quid fucos plendente genas ornare, quid unguis
artificis docta subsecuisse manu?



ELEGÍA VIII

Aunque suertes ó augurios, de los dioses
Jamás á mí la voluntad revelan,
De un amante las señas interpreto
Y cuanto dice con su voz más tierna.
Venus me lo enseñó, no sin azotes,
Entrambas manos por detrás sujetas.
No más fingir; Amor más cruel abrasa
Á quien ve sucumbir con resistencia.
¿Por qué el cabello con esmero cuidas?
¿Por qué en formas tan varias te lo peinas?
¿Por qué con jugos tus mejillas tiñes?
¿Y las uñas artistas te aderezan?

Frustra iam vestes, frustra mutantur amictus,
 ansaque compressos colligat arta pedes.
 Illa placet, quamvis inculto venerit ore
 nec nitidum tarda comperit arte caput.
 Num te carminibus, num te pallentibus herbis
 devovit tacito tempore noctis anus?
 Cantus vicinis fruges traducit ab agris,
 cantus et iratae detinet anguis iter,
 cantus et e curru Lunam deducere temptat,
 et faceret, si non aera repulsa sonent.
 Quid queror, heu, misero carmen nocuisse, quid herbas?
 forma nihil magicis utitur auxiliis:
 sed corpus tetigisse nocet, sed longa dedisse
 oscula, sed femeri conseruisse femur.
 Nec tu difficilis puero tamen esse memento:
 persequitur poenis tristia facta Venus.
 Munera ne poscas: det munera canus amator,
 ut foveat molli frigida membra sinu.
 Carior est auro iuvenis, cui levia fulgent
 ora nec amplexus aspera barba terit.
 Huic tu candentes umero suppone lacertos,
 et regum magnae despiciantur opes.
 At Venus invenit puero concumbere furtim,
 dum timet et teneros conserit usque sinus,
 et dare anhelanti pignantibus umida linguis
 oscula et in collo figere dente notas.

En vano togas y vestidos mudas;
 Tus pies en vano con la cuerda aprietas.
 Ella á ti te enamora, inculto el rostro,
 Y aunque peine sin arte su cabeza.
 ¿En la noche callada te ha hechizado
 Con hierbas y conjuros una vieja?
 El hechizo á las víboras detiene,
 Los frutos pasa á las vecinas tierras,
 Y arrojara á la Luna de su carro
 Si no el bronce sonando lo impidiera.
 ¿Más por qué hablar de hierbas y de magia?
 No auxilios tales la hermosura emplea,
 Que seducen los cuerpos, las caricias,
 Las piernas enlazadas á las piernas.
 Para un joven no seas inflexible;
 De Venus teme las terribles penas.
 No dádivas le pidas; debe dár las
 El viejo amante que en tu seno anhela
 Porque sus miembros fríos le calientes.
 Es más caro que el oro, aquel que tersa,
 Sin barba, ofrece la mejilla al beso.
 Desprecia de los reyes las riquezas,
 Ata á su cuello tus candentes brazos,
 Y que á Marato sucumbir te vea
 Venus, los tiernos senos oprimidos,
 Dándose besos húmedos las lenguas
 En anhelante lucha, y de los dientes
 Doquier dejando perdurables huellas.

Non lapis hanc gemmaeque iuvant, quae frigore sola
 dormiat et nulli sit cupienda viro.
 Heul sero revocatur amor seroque iuventas,
 cum vetus infecit cana senecta caput.
 Tum studium formae est; coma tum mutatur, ut annos
 dissimulet viridi cortice tincta nucis:
 tollere tum cura est albos a stirpe capillos
 et faciem dempta pelle referre novam.
 At tu, dum primi floret tibi temporis aetas,
 utere; non tardo labitur illa pede.
 Neu Marathum torque: puero quae gloria victo est?
 in veteres esto dura, puella, senes.
 Parce precor tenero; non illi sontica causa est,
 sed nimius luto corpora tingit amor.
 Vel miser absenti maestas quam saepe querelas
 conicit et lacrimis omnia plena madent!
 «quid me spernis?» ait. «Poterat custodia vinci:
 ipse dedit cupidis fallere posse deus.
 Nota Venus furtiva mihi est, ut lenis agatur
 spiritus, ut nec dent oscula rapta sonum:
 et possum media quamvis obrepere nocte
 et strepitu nullo clam reserare fores.
 Quid prosunt artes, miserum si spernit amantem
 et fugit ex ipso saeva puella toro?
 vel cum promittit, subito sed perfida fallit,
 est mihi nox multis evigilanda malis.
 Dum mihi venturam fingo, quodcumque movetur,
 illius credo tunc sonuisse pedes.»

Á quien nadie desea y duerme sola,
 ¿De qué le han de servir joyas y perlas?
 ¡Ay! tarde amor y juventud se llaman
 Cuando el cabello la vejez blanquea!
 La hermosura es un arte: nueces tienen,
 Para ocultar la edad, la cabellera;
 Se arrancan de raíz las blancas canas,
 Y el rostro afeites sin cesar renuevan.
 Mientras tu edad florece, de ella goza;
 No se desliza con pies tardos ella.
 ¿Hallas gloria á Marato atormentando?
 Guarda para los viejos la dureza.
 Á Marato perdona; si está enfermo,
 Fué Amor quien de amarillo lo tiñera.
 Mísero ¡ay! en tu ausencia ¡cuántas veces
 Bañado en llanto de su mal se queja!
 «Por qué me huyes desdeñosa? dice;
 Á engañar un guardián Amor me enseña,
 Yo de Venus conozco los secretos
 Para hacer que el aliento se contenga,
 Sé los besos robar sin que resuenen,
 Y cerrar sin estrépito las puertas.
 ¿Mas para qué estas artes si ella me huye,
 Si de su propio lecho cruel se aleja?
 Las noches paso por mi mal velando,
 Cuando pérfida falta á sus promesas;
 Si algo se mueve, me ilusiono y creo
 Que son sus pies que sobre el piso suenan.»

Desistas lacrimare, puer: non frangitur illa,
 et tua iam fletu lumina fessa tument.
 Oderunt, Pholoe, moneo, fastidia divi,
 nec prodest sanctis tura dedisse focus.
 Hic Marathus quondam miseros ludebat amantes,
 nescius ultorem post caput esse deum:
 saepe etiam lacrimas fertur risisse dolentis
 et cupidum ficta detinuisse mora:
 nunc omnes odit fastus, nunc displicet illi
 quaecumque opposita est ianua dura sera.
 At te poena manet, ni desinis esse superba.
 Quam cupies votis hunc revocare diem!



Deja ya de llorar; están cansados
 Tus ojos de llorar sin conmoverta.
 Los dioses odian el desdén, Foloe,
 Y en vano incienso en sus altares quemas.
 Sin temer al Amor, en otro tiempo
 Burló Marato á sus amantes. Cuentan
 Que avivó sus deseos con tardanzas,
 Y rió de sus lágrimas acerbæs.
 Mas él ahora los desdeñes odia
 Y ver cerradas á su amor las puertas.
 Penas crüeles sufrirás, Foloe,
 Si de ser desdeñosa tú no dejas;
 Más tarde en vano pedirás con votos
 Que nuevos días como aquestos vuelvan.

